



Universitätsbibliothek Paderborn

**Io. Francisci Leonis Eporediensis I. V. D. Episcopi
Thelesini Thesaurus Fori Ecclesiastici**

Leoni, Giovanni Francesco

Coloniae Agrippinae, 1682

Svmmarivm.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10316

- de except. in 6. Jas. post alios in t. placet, in prima lectura insin. C. de sacra sanct. Eccl. & Gig. de pens. ead. q. ult. num. 9.
- 79 Et publice † excommunicatum, etiam quod non excipiatur, iudex repellere debet, Abb. in eod. cap. exceptionem, num. 3, & Felic. in cap. intellectum, num. 7. vers. quare ergo, de jud.
- 80 Decimo † exceptio defectus clericatus contra agentem ad solutionem pensio- nis opponi potest, quia si in litteris Apostolicis legatur reservatio facta clero, tenetur reservatarius probare se esse clericum, non probato clericatu, pensio est nulla. Rebuff. in pract. benef. de form. lit.
- conf. num. 22. part. 1. & Gig. de pens. q. 22. n. 8 etiam si pensio fuerit reservata equiti Hierosolymitano, aut alterius religionis, quia licet, dicti equites sunt religiosi, & tria vota substantialia emittant, non sequitur, religiosi ergo capaces, sed cum narrativa sit pars gratiae, debet clericatus verificari, alias gratia redditur sub- reptitia, & nulla, Abb. in capitulo cum nostris num. 11. de concess. probend. Felic. in cap. significante, num. 3. de rescript. cum aliis supra numer. 17. allegat. aliæque exceptiones, quæ opponi possunt, habentur per Gig. in eod. tract. quæst. ult.

DE DISPENSATIONIBVS.

Cap. VIII.

S V M M A R I V M.

- 1 Dispensatio, quid sit.
- 2 Dispensationis tres sunt species, scilicet, debita, permissa, & prohibita.
- 3 Dispensare potest Papa in omni casu, & impedimento jure humano, vel positivo inducto, cum sit loco Petri, & Vicarius Christi.
- 4 Papa potest ex causa, sua constitutione, vel rescripto, ius divinum interpretri, vel limitare.
- 5 Dispensare potest solus Papa in pluribus casibus.
- 6 Papa solus in pluritate beneficiorum incompatibilium dispensat.
- 7 Papa solus dispensat ad plura beneficia ul-
- tra duo simplicia, etiam quantumcumque tenuis redditus.
- 8 Papa solus dispensat illegitimos ad plura beneficia, & ad sacros ordines.
- 9 Papa solus dispensat cum simoniaco, sive in ordine, sive in beneficio, quando scienter simoniam commisit, vel ratam habuit.
- 10 Simoniam committens in ordinum consecutionem, est eo ipso per decennium, sine ultra dispensationis spe, suspensus.
- 11 Dispensabat olim regulariter solus Papa cum eo, qui post excommunicationem celebravit, aut aliquem actum ordinis proprium egit, sive suscep. Episco-

M m 2 que.

- pme, siue aliis in sacris constitutus.
- 12 Dispensare potest vigore concil. Trident. Ordinarius in occultis, cum eo, qui excommunicatus, celebravit.
- 13 Dispensat solus Papa super etatis defectu, pro consecratione ordinum, vel dignitatem.
- 14 Papa solus est supra concilium, & ideo solus a decretu concilii dispensare potest.
- 15 Papa solus dispensat cum parocho, ut non teneatur, se facere infra annum ad sacerdotium promoveri.
- 16 Papa solus dispensat, ut quis in absentia possit ex causa percipere distributiones quotidianas, quantum ab intercessoribus regulariter percipi debent.
- 17 Distributiones quotidianas, quando non amittat parochiali ecclesiae deseriens.
- 18 Canonicus paenitentiarius, quando non amittat distributiones quotidianas.
- 19 Canonicus cum præbenda Theslogali; si absit, dum lectiones sunt habenda, præsens consetur.
- 20 Lectiones habentes in scholiis publicis Theologiam docentes, & in cathedralibus docentes, privilegio gaudeant, ut pro presentibus habeantur.
- 21 Infirmi; etiam ita affecti ex propria culpa, quo ad distributiones, habentur pro presentibus.
- 22 Famulo agrotanti debentur a domino cibaria, & tenues expense.
- 23 Clericus absens pro urgente necessitate, vel evidente utilitate ecclesie, distributiones quotidianas non amittit.
- 24 Absentia à residentia propter pestem non excusat.
- 25 Clericus in iuste carceratus, excommunicatus, &c. distributiones quotidianas non amittit.
- 26 Clericus juste censuris ecclesiasticis illaqueatus, vel carceratus, amittit distributiones quotidianas.
- 27 Dispensatio ab irregularitate proveniente ex homicidio ut quis possit ordinari, soli Papa est reservata.
- 28 Dispensatio ab irregularitate proveniente ex dicto deducto ad forum contentiorem, Papa est reservata.
- 29 Papa solus dispensat cum irregulari propter aliquius membra mutilationem.
- 30 Papa solus dispensat cum irregulari propter oculi carentiam.
- 31 Papa solus dispensat cum irregulari ex defectu perfectae lenitatis.
- 32 Papa solus dispensat cum leproso, laborantis morbo caduco obsesto à damone, lunatico, & furioso.
- 33 Leprosi, lymphatici, energumenti furiosi, aut alio hujus generis morbo affecti, cum notabile scandala- lum ordinum usui præbeant, sunt irregulares.
- 34 Papa solus dispensat cum irregulari propter biganiam, quo ad beneficia, & ordines sacros.
- 35 Milites Sanctorum Mauritii, & Lazarri ad secundas nuptias, a solo Papa possunt dispensari.
- 36 Dispensare non potest Episcopus cum biga-



- bigamio, ut minores ordines suscep-
re possit.
- 37 Papa solus dispensat, ut filius succe-
dat immediatè in ecclesia paterna.
- 38 Papa solus dispensat cum illegitimis, cri-
minosis, ac are alieno grava-
tis, ut ad religionem recipi pos-
sint.
- 39 Papa solus dispensat in gradibus consan-
guinitatis prohibitis, usque ad quar-
tum gradum.
- 40 Papa solus dispensat in impedimentou
m publice honestatis, quod primum gra-
dum non excedit.
- 41 Papa solus dispensat in impedimentoo
inducto propter affinitatem ex forni-
catione contractam, quod impedit
usque ad secundum gradum.
- 42 Papa solus dispensat in impedimentoo
cognitionis spiritualis, & inter quas
personas contrahatur.
- 43 Episcopus quandoque in gradibus pro-
hibitu, quatuor copulativè causis con-
currentibus, potest dispensare.
- 44 Dispensare non possunt contra concitium
generale, Episcopi, nec Legati.
- 45 Dispensatio matrimonialis, non est vali-
da, si tantum remotior gradus expri-
matur.
- 46 Dispensatio, an iis suffragetur, qui
habentes impedimentum, propter
quod matrimonium contrahere non
valent, post expeditam, &
dam supplicationem se carnaliter co-
gnoscunt.
- 47 Mandatum de dispensando non habet
viam dispensationis.
- 48 Carnaliter se cognoscentes post datam
supplicationem, & ante dispensationem
- executionem incestum committuntur
- 49 Episcopus absolvit ab incestu, sed non re-
validat dispensationes.
- 50 Copula carnalis ejecuta ante presentatio-
nem dispensationis an Episcopus possit
dispensationem executioni demandare, & quomodo.
- 51 Dispensare potest solus Papa à quinque
rotu solemnibus, & alijs pluribus.
- 52 Dispensare potest Papa à voto solemnii per
sacri Ordinis susceptionem emiso,
& per solemnem professionem fa-
cto.
- 53 Episcopus, quibus casibus super irregu-
laritatibus possit dispensare.
- 54 Dispensare potest Episcopus cum illegiti-
mu ad minores ordines, & unum sim-
plex beneficium.
- 55 Dispensare potest Episcopus auctoritate
ordinaria ad duo beneficia.
- 56 Dispensare potest Episcopus super denun-
ciationibus matrimonialibus.
- 57 Dispensare possunt Episcopi ab omnibus
votis Papæ specialiter non reserva-
tis.
- 58 Quibus casibus potest quis statuere, &
punire, in eisdemmet potest etiam di-
spensare.
- 59 Episcopi possunt dispensare in omnibus
casibus non prohibitis à Papa, sibi
specialiter reservando.
- 60 Dispensare possunt prelati inferiores in
pluribus casibus.
- 61 Legati à latere, nuncij, & alijs, quibus
per delegationem conceditur facultas
dispensandi non possunt fines delega-
tionis excedere.
- 62 Dispensationis effectus sunt qua-
tuor.

Mm 3 NISI

